



1769,12

DE
OBLIGATIONIBVS IVRIBVSQVE
PARENTVM ET LIBERORVM
ERGA SE INVICEM
EORVMQVE FVNDAMENTIS
DISQVISITIO

QVA
SODALIBVS
PRAECLARISSIMIS NOBILISSIMISQVE
FAVSTVM EX ACADEMIA
IN PATRIAM REDITVM
NOMINE
SOCIETATIS DISPUTATORIAE
GRATVLATVR

AVCTOR
CHRIST. GVLH. A WINTERBACH
IVRIVM CVLTOR
ROTBVRGO FRANCVS.

IENAE
LITTERIS SCHILLIANIS
CIO DCCCLXVIII.



CONFIDENTIAL LIBRARY
LIBRARY OF THE UNIVERSITY
OF MUNICH
MUNICH
GERMANY

RECEIVED
BY THE LIBRARY
OF THE UNIVERSITY
OF MUNICH
MUNICH
GERMANY

VIRIS
PRAECLARISSIMIS NOBILISSIMISQVE
ADAMO IOANNI NOTTBECK

CAVSARVM QVAE IN SVMMO TRIBVNALI
QVOD REVALIAE FLORET VENTILANTVR
PATRONO SOLENTISSIMO ET SOCIETATIS
TEVTONICAE DVCALIS SODALI
ORDINARIO

AVGVSTO GVLH. STVDEMVN
MEGAPOLITANO
SOCIETATIS TEVTONICAE DVCALIS QVAE
IENAE FLORET MEMBRO ORDINARIO

PHILLIPP. FRIDERICO ZINN
ONOLDINO

IO. A. H. BIESTERO
HANNOV.

AMICIS AESTIMATISSIMIS AMANTISSIMISQVE

S. P. D.

IPSISQVE

HOC QVALECVNQVE EST SPECIMEN

D. D. D.

SIMVLQVE
IVSSV COLLEGII DISPVTATORII
QUOD
SVB PRAESIDIO
VIRI CONSULTISSIMI
HENRICI GODOFREDI SCHEIDEMANTEL
IVRIVM DOCTORIS
ET SOCIETATI LATINAIE IENENSI AB EPISTOLIS
PRIORIS AD EXERCITATIONES FORENSES
INCUMBIT
DICTOS
SOCIOS CARISSIMOS
EX ACADEMIA DISCEDENTES
ARDENTISSIMIS VOTIS
PERSEQVITVR
FLORENTEM FORTVNAM SVO COLLEGIIQVE
NOMINÉ APPRECATVR
AMICITIAM EORVM EFFLAGITAT
MEMORIAEQUE SEMPITERNAE SE COMMENDAT.
EORVM STVDIOSISSIMVS
AVCTOR.



DE
OBLIGATIONIBVS IVRIBVSQVE
PARENTVM ET LIBERORVM ERGA SE
INVICEM EORVMQVE FVNDA-
MENTIS DISQVISITIO.

§. I.

*De obligationibus parentum erga liberos eorumque
fundamentis.*



Quae parentibus incumbunt obligationes
erga liberos (a) omnes fere ad vni-
cam illam redeunt, vt illos educent.
Educatio autem cum sit perfectio, haec
vero tam corporis quam animae in-
tuitu locum habeat, et hanc et illud
parentes in liberis suis perficere pro viribus erunt
obligati; corpus per praestationem eorum quae ad

A 3



illud conseruandum et sustentandum faciunt, alimentorum nempe; animam vero per culturam qua opus est ad eos tales reddendos quales esse debent in societate, ad eius salutem et obtainendam et conseruandam. Sunt autem harum obligationum haec fundamenta. I. ipsum matrimonium seu pactum initum inter ipsos coniuges, de procreanda non solum, sed et educanda sobole. II. Quod liberi sunt factum suorum parentum, quilibet autem praestare, seu perfectius reddere tenetur factum suum siue sit immediate siue mediate suum, ergo parentes tenentur liberos suos perfectiores reddere, hoc autem fit per educationem, ideoque parentes tenentur educare liberos suos. (b) III. Finis cuius obtentio per matrimonia in societate intenditur, conseruatio nempe et perfectio societatis; ad quem finem obtainendum parentes qua socii concurrere debent, quod fit non per procreationem solum, sed et sobolis procreatae educatione accedat oportet, (c) cui et IV. accedit illud, quod liberi ipse sustentare et educare nequeunt, hinc auxilio eorum praesertim opus habent, qui eos quam maximè amare censendi sunt (d). Sed hoc quartum obligationem solum imperfectam efficit, cum ex triam priorum vnoquoque obligatio nascatur perfecta.

(a) *De obligationibus his, et quamduo eadem durent, videatur PUFFENDORFF in Iure Naturae et Gentium L. IV. c. XI. §. 5. et 7. WOLF in Iure Naturae et Gentium minori P. III. S. I. C. IV. §. 890-893. PERILLARIES in Institutionibus Iurisprudentiae universalis. §. 571-574. et in eius Commentario ad hunc*

hunc librum inscripto; Discours über sein Natur und Völkerrecht ad haec loca.

- (b) Videatur PVENDORF, qui l. c. §. 4. ad' hanc *inclinat sententiam.*
- (c) Fundamentum hoc reliquis omnibus omisis adserit DARIUS l. c. §. 574.
- (d) GROTIUS in Iure Belli et Pacis L.II. C. I. §. 4. quartum hoc fundamentum unice adducit.

§. II.

De iure succedendi liberorum, an ex antea adductis obligationibus sequatur?

Quaeritur hic, an ex hisce perfectis parentum obligationibus, et obligatio sequatur perfecta, liberos suos haeredes scribendi? Respondetur: Liberi succedunt parentibus suis, non quidem ex his tamen ex aliis rationibus. Nam qualecumque etiam successionis fundamentum assūmamus (e) siue I. sit praesumtus amor maximus, cum voluntatis declaratione (f) siue II. dicamus, res a defuncto relietas, fieri nullius et occupanti cedere (g) siue III. dicamus, liberos condominos esse bonorum parentum; (h) liberi semper erunt haeredes, ratione primi, quia prae sumtio amoris maximi semper est pro liberis, (i) ratione secundi, liberi sunt proximi ad occupationem, ratione tertii, liberi per se succedunt, et necessarii sunt haeredes, et quidem non in eo solum casu, si defunctus possessor de bonis suis nihil in futurum mortis euentum disposuit, vt in casibus duobus prioribus, sed et licet hoc tertium factum sit; ergo liberi in totam haeredi-

reditatem parentum suorum semper necessarii sunt haeredes, et non in legitima solum, quippe quae ipsis iam ex iure alimentorum per se debetur, et quidem non imperfecto tantum iure, prout Grotio placet (k)

- (e) *Nostrum hic non est, in illud inquirere quae sententia sit recta, et verum adferat fundamentum cum a proposito alienum sit similes quoque praescripti tale quid non admittant, quam ob causam tria illa maxime communia successivum fundamenta coniunctim adduximus.*
- (f) *Statuunt hanc, Ius Civilis nouum per Nouellam CXVIII. c. 1. et inter Iuris naturalis Doctores, GROTIUS l. c. L. II. C. VII. §. 3. quem secuti complures alii, in iis WISSEN-BACHIVS, HUBERVS, HEINECCIVS, et DARIES l. c. §. 498-500. atque in Commentario ad haec loca vbi hanc sententiam pluribus defendit, quam etiam PFENDORFIVS fouet l. c. L. IV. c. XI. §. 1. nec non WOLFFIVS, l. c. P. III. S. 1. C. 5.*
- (g) *Probat hoc DARIES l. c. §. 500.*
- (b) *Hoc condominium plane reicit PFENDORF l. c. L. IV. C. XI. §. 7. multum vero eius argumentis obstat mihi visatur quod ante adduxi fundaneum II. Idem illud condominium statuit, Ius civile antiquum, videatur III. HELLFELDII Iurisprudentia forensis LXXXVIII. T. VI. §. 1629. in quantum vero et Iur Germanium illud statuat, deductum est in scripto, Die Gemeinschaft, als ein wahrer Grund der Erbsorge 1755.*
- (i) *Videatur de hoc PFENDORF l. c. L. IV. C. XI. §. 2. et 3. et DARIES l. c. §. 644. qui illud pluribus probant.*
- (k) *putat hoc GROTIUS, l. ante c.*

§. III.

§. III.

De iuribus parentum in liberos eorumque fundamentis.

Iura parentum in liberos quae patriam efficiunt potestatem, sive imperium paternum, hisce duabus potissimum absoluuntur, iure nempe praescibendi liberis regulas seu regendi eos, nec non iure regularum praescriptarum obseruationem vtrgendis sive coercendi liberos (*l*), quorum vtrunque, educationem perfectionemque liberorum respicit, praesertim vero prius ad dirigendas eorum vires actionesque ad propriam et societatis salutem tendit, posterius vero, ceu effectus prioris, ideo est concessum, vt per illud hic finis eo melius facilisque possit obtineri, et ad impedimenta quasi, quae in priori, obuenire possent remouenda, vtque liberi, si directioni parentum se submittere, eorumque praeceptis morem gerere nollent, vi quasi adhibita adigi ad id possint. (*m*) Sed notandum hic, parentes hoc suo in liberos imperio non nisi ad eorum perfectionem vti debere, minime vero in laesio-
nem eorundem, cum quilibet teneatur in factum suum (*n*). Quorum iurum in eo posita sunt funda-
menta *l*, quod liberi pertinent ad *to* suum, sive eorum parentum a quibus facto licito generatione nempe sunt quaesiti (*o*) alterum fundamentum ex eo est quod, qui habet ius ad finem; habere quoque debet ius ad media sufficientia; iam vero parentes obligati sunt ad obtainendum hunc finem, educationem nimirum, ergo illis quoque licebit, media adhibendi, sine quibus hic finis, nequit obtineri (*p*).

B

(*l*) *De*

- (l) De iuribus parentum in liberos eorumque duratione et modo exercendi ea in diversis liberorum actatibus, pluribus egerunt GROTIUS I. c. L. II. C. 5. §. 2. 3. 4. et 6. qui et §. 7. de iuris positivi, a naturali diversitate circa haec iura perplexo tractauit. PFEENDORF I. c. L. VI. c. 2. §. 7. 8. et 11. 14. qui etiam hoc parentum in liberos suos imperium, sanctissimum vocat imperii genus; loc. cit. 1. WOLF-FIUS I. c. §. 886. 888. item 890. 893. DARIES I. c. §. 74. 576. et in Commentario ad haec loca.
- (m) Hoc in liberos Imperium cui praeferim competit, diversae sunt Iuris naturalis Doctorum opiniones. HOBBESIUS, de Cive C. IX. §. 3. et 6. illud matri vindicat, cuius sententiam pluribus exponit PFEENDORF I. c. §. 2. et 3. et 5. limitat, patri ius potius tribuens praeferim in ciuitate. GROTIUS I. c. §. 1. parentum virique illud tribuit, et se contentio inter illorū sit, patri ob sexus praestantiam, hunc et DARIUS sequitur, l. l. a. a. et in Commentario ad illa, ubi hanc sententiam contra omnes, contrariam statuentes defendit, ad eius ratione et haec quaque accedit, quod iure naturali, omnes homines sunt aequales, quia in statu naturali homines considerandi sunt secundum essentiam quae inter omnes est aequalis. Quam sententiam et Ius Civile agnoscit, in tutoris datione, viri que parentum consensum requiriens per l. un. C. si contra matris voluntatem.
- (n) Quantitas horum iurium ex modo dicta determinatione, nec non sine illorum est diiudicanda. De hac, et in specie, an parentibus in liberos competit, ius vitae et necis, ius expонendi item vendendi eorū, legendi. HOBBESIUS I. c. C. IX. §. 7. GROTIUS I. c. §. 5. PFEENDORF I. c. §. 6. et 9. WOLFF I. c. §. 886. DARIES I. c. §. 75. et in Commentario ad hunc locum. Sed quod ad ius vitae et necis attinet, in eo exercendo, etiam societatis vel ciuitatis rationem habendam esse statuo, cum illa causa sit propter quam, cuiusque salutis ergo, finis intendatur, ex quo parentibus iura in libe-

liberos competunt; quod vero concernit ius exponendi, vendendue eos, hoc parentibus tunc tantum competere credo, si summa adsit necessitas certamque liberos alias perituros, certum eos conservatores suis inuenturos esse.

(o) Reicit hoc fundamentum HOBESIVS l.c. C.IX. §. 1. et 2. occupationem pro fundamento subternens; sed affirmat illud PUFFENDORF l.c. §. 1. qui et §. 2. (vbi et alterum fundamentum nostrum probat) attud quoddam adducit, consensum nempe praesentum liberorum et inde enatum pactum tacitum.

(p) Quod fundamentum DARIES afferit l.c. §. 475. et WOLFIUS l.c. §. 888.

§. III.

De iuribus liberorum erga parentes suos, eorumque fundamento.

Haec de parentibus, iam deliberis quae iura et obligationes illorum sint parentum intuitu dispiciamus. Habent autem liberi ius perfectum exigendi a parentibus educationem, et quae cum ea connexa sunt, praesertim alimenta, et quidem tamdiu ac proprio Marte sustentare sese nequeunt (q), nec minus eadem postulandi ab yrroque parentum, uno vero alteroue eorum defuncto, ab altero superstite. Quod liberi et ius haereditarium coepit, quodque non tantum quoad legitimam sed etiam quoad integrum haereditatem, haereses et successores sint necessarii, supra ostendimus in Scholio ad §. 1. ex quo et reliqua liberorum iura facile patent. Hoc tantum notamus, omne id ad quod parentes liberis suis perfecte vel imperfecte sunt obligati, illud liberi a parentibus suis exigendi ius habent perfectum, vel imperfectum. Iurium vero liberorum erga parentes in eo est fundamentum, quod liberi ex

pacto inter ipsos parentes inito de procreanda et educanda sobole, ceu contractu bilateral ius habent quaesitum, strictum atque perfectum, viris parentibus ab utrisque, uno vero alteroue eorum defuncto ab altero superstite, praeftationem eius exigendi, quod in hoc pacto promisum super quo illud initum est (g).

(g) Quorsum pertinent etiam sumus studiorum catenus suppeditandorum, quatenus parentes causae fuerint suaforiae, quo filius hanc vitam rationem elegerit. Ante aquam enim studiorum cursus est finitus, filius propriis viribus alimenta sibi querere non potest, id eoque vel bac in causa manet ratio educationis.

§. V.

De obligationibus liberorum erga parentes eorumque fundamentis.

Fluunt hae liberorum obligationes ex iuribus quae parentibus in illos competit, et prout haec vel perfecta sunt, vel imperfecta, ita et illae in perfectas et imperfectas abeunt. Ad quas priores referto, submissionem et reuerentiam parentibus suis debitam, ad illas posteriores vero pietatem et gratitudinem erga parentes. Quae liberorum obligationes quoque idem fere cum iuribus quae parentibus in eos competit, fundatum habent, I. illud quod de iuribus parentum in illos adduximus, quod nimirum liberi pertinent ad futura suorum parentum; sed est et aliud harum obligationum fundamentum, quae liberis erga parentes suos incumbunt, propria nempe II. perfectio, quae nullo faciliori meliorique modo potest obtineri, quam per auxilium illorum, qui eos quam maxime amare praesumuntur. (r).

(r) De hisce liberorum erga parentes suos obligationibus eorumque fundamentis plura habet FFEENDORFVS I. C. §. IO. ET WOLFIVS I. C. §. 889. et 894.



ULB Halle
004 526 880

3



Sb

K078

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Cyan

Blue

Green

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
Inches
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

DE
ATIONIBVS IVRIBVSQVE
VM ET LIBERORVM
RGA SE INVICEM
MQVE FUNDAMENTIS
DISQVISITIO

QVA
SODALIBVS
CLARISSIMIS NOBILISSIMISQVE
TVM EX ACADEMIA
PATRIAM REDITVM
NOMINE
TIS DISPVATORIAE

GRATVLATVR

AVCTOR
GVILH. A WINTERBACH
IVRIVM CVLTOR
ROTBURGO FRANCVS.

IENAE
TERIS SCHILLIANIS
CIO IOCC LXVIII.

